

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 2386

**Auteur(s) :** Guillaume du Mesnil [écuyer]

**Bénéficiaire(s) :** Le Désert, Sainte-Catherine de La Perrine (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1300, décembre

**Action juridique :** échange

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Echange entre le prieuré de La Perrine et Guillaume du Mesnil, écuyer.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luserne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, n° XXI, p. 16-17.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Guillelmus de Mesnillo, armiger, tradidi.... in excambium ministro et fratribus domus Sancte Katherine de Perrina, Constanciensis dyocesis, de Ordine Sancte Trinitatis et Redemptionis Captivorum, et successoribus eorumdem unam peciam terre continentem duas acras vel eocirca, sitam in parrochia de Deserto juxta terras dictorum religiosorum, ex utroque latere, et butat, ex uno capite, ad cheminum per quem itur de Dae apud Desertum, et unum bussellum frumenti ad mensuram de Humeto et unum denarium Turonensem anni redditus percipiendos et habendos per manus Gaufridi Le Bougre aut ejus heredum cum hommagio eorumdem ad festum Sancti Michaelis in Monte Gargano, pro uno quarterio frumenti ad mensuram de Humeto et sex denariis Turonensium anni redditus quos percipiebant et habebant super duas acras terre sitas in parrochia de Mesnillo Ansgot juxta terram Richeri Gires, ex uno latere, et terram Guillelmi Le Forestier, ex altero, per manus Guilleberti Le Forestier et Colini Le Forestier aut eorum heredum, cum hommagis eorumdem et, si predictus Gaufridus aut ejus heredes a solutione predictorum reddituum aliquando defecerint, predicti religiosi poterunt, sicut ego poteram, exercere suam plenariam justiciam in duabus peciis terre sitis in parrochia de Deserto quarum una jungit ad terram Rogeri Bouchel, ex uno latere, et ad terram Johannis Bouchel, ex altero et butat ad terram predicti Johannis, ex uno capite, et ad terram ad Viettraiz, ex altero ; alia jungit ad terram Johannis Bouchel, ab utraque parte, et butat ad terram Rogeri Bouchel, ex uno capite, et ad quemcum per quod itur de Hamello de Kahoquelin apud Hamellum de Haia, ex altero. In cuius rei testimonium presenti carte sigillum meum apponere dignum duxi. Actum anno Domini M° CCC°, mense decembri.